



**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

Laymann, Paul

Dilingae, 1698

Capitulum III. Mancipia

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](#)

status præcedens intervenire debent, cùm horum remissio facta non sit, scuti And. hic monet.

Porrò tametsi Principis nomine Imperator aut Rex intelligi debeat, sive qui Superiorum non habet, videtur tamen etiam ad alios magnos fundatores, ac patronos id extendi posse, quandoquidem talis permutatio non coacta, sed rogata, si aliquoquin Ecclesiæ noxia non sit, cā ipsa ratione utilis videri potest, quia fit propter valde potenter, & multum de Ecclesiæ meriti patroni honorem, & utilitatem; ut proinde sufficiens causa sit permutandi, non item vendendi, quia vendito magis noxia est Ecclesiæ, quā permutatio cum re æquali, aut majore, præterquā si princeps se obliget, quid pretio constituto aliam rem æquivalenter, & æquè commodam Ecclesiæ, seu loco pio comparare velit.

Quares. Quid sit sanctio pragmatica? Ref. ex L. ult. S. ult. Cod. de diversis rescriptis. esse rescriptum aut decretum, quod super causâ publicâ cum consilio procurum ex Principis curia promanat.

CAPITULUM II.

Utcommutations.

PARAPHRASIS.

Commutations rerum Ecclesiasticarum, quæ ab antecessoribus prælati factæ sunt inconfultè, successor emendare debet.

NOTandum. Successor debet revocare alienationes rerum Ecclesiasticarum illegitimè factas à suis antecessoribus, videlicet si sine iusta causâ utilitatis, aut non servatis solemnitatibus factæ sunt. Verum in hoc calu, si alienatio utilis Ecclesiæ videatur, solemnitates postea suppleri possunt: quæ ratio esse viderit, cur in textu non dicatur, permutationes esse revocandas, sed emendas: quod varijs modis fieri potest, videlicet supplendo solemnitates omisfas, agendo per viam nullitatis, per viam restitutionis in integrum, denique agendo

ad supplementum pteij, si legio in permutatione contigit, ultra dimidium justi valoris &c.

CAPITULUM III.

Mancipia.

PARAPHRASIS.

Ecclesiæ mancipia permutari non debent cum alijs mancipijs, præterquam in ordine ad libertatem, ita videlicet ut quæ mancipia Ecclesiæ erant, libertatem consequantur, & alia (laicorum) mancipia in ipsum locum subrogentur, nam quod DEO semel consecratum est, ad humanos usus transferri non decet.

NOTandum. Servus, seu mancipium Ecclesiæ non debet alteri videlicet laicæ, aut privatæ personæ donari, seu aliter ad ejus dominium transferri, fecluſa plenitude summi Pontificis juxta c Ecclesiasticis 67. causa 12. q. 2. Ratio datur in textu, quia servus Ecclesiæ servitij divinis deputatus censetur, & ideo non decet, eum ad humanos ac sæculares usus, atque servitia mundana transferri.

CAPITULUM IV.

Injustum.

PARAPHRASIS.

Mancipia, quæ à fidelibus DEO, & sanctis Ecclesijs, pro remedio animarum suarum oblata, & consecrata sunt, non debent per donationem, aut permutationem iterum ad sæcularem servitutem reduci, quandoquidem Sacri Canones servos duntaxat fugitivos distrahi permittunt, & ideo caveant Ecclesiastarum Prælati, ne unius eleemosyna alterius peccatum fiat, cùmetiam absurdum sit, si servus ab Ecclesiastica dignitate discedens humanæ fiat obnoxius servituti.

SUMMARIUM.

1. Donata Ecclesiæ, pietatis causâ donata censentur.

L. 3

2. Quæ